

**731** restitutori urbis Romae adque orb[is] | et extinctori pestiferae tyrannidis<sup>1</sup>, | d. n. Fl. Iul. Constantio victori ac triumphatori | semper Augusto, | Neratius Cere[a]llis v. c. praefectus urbi<sup>2</sup> | vice sacra iudicans, d. n. m. que eius.

*Romae rep. sub Capitolio in foro Romano (VI 1138 vidit Henzen). — 1) Tyrannis est Magnentii qui pulsus ex Italia a. 352 periit in Gallia a. 353. — 2) A. 352/353, teste chronographo anni 354.*

**732** m. p. V. | — Imp. Caes. Fla. Iul. | Constantius pius fel. | Aug. victor maximus | triumphator aeternus, | divi Constantini optimi | maximique principis<sup>1</sup>, divo|rum Maximiani et | Constanti nepos, divi | Claudi pronepos<sup>2</sup>, ponti|fex maximus, Germanicus | Alamannicus (*sic*) maximus, | Germ. max., Gohticus | maximus, Adiabin. (*sic*) max., | tribuniciae potestatis | XXXII<sup>3</sup>, imp. XXX, consuli VII<sup>3</sup>, | p. p., proconsuli, viis munit|is, pontibus refecti (*sic*), | recuperata re publica, | quinarios lapides per Il|lyricum fecit, | ab Atrante ad flumen | Savum milia passus | CCCXLVI.

*Sirmii (Mitrovitza) rep., columna miliaria (III 3705). — 1) Inserere filius. — 2) Cf. supra N. 723. 730. — 3) A. 354 vel 353, cum Constantius Caesar factus sit a. 323 vel 324 (cf. supra ad N. 712) et sine dubio eodem tempore tribuniciam potestatem adeptus. — 4) Consul septimum Constantius processit anno 354, consul octavum a. 356.*

**733** . . . . .<sup>1</sup> Germanias Gallias Britaneas Africam | adque Illuricum virtute gloria pietate | iustitia cunctos retro principes supergresso, | d. n. Fl. Iul. Constantio victori maximo ac triumphat|ori semper Augusto, | Fl. Magnus [v. s]p. [vi]c. Asiae<sup>2</sup>, vice sacra iudican[s], | [mai]estati [e]jus clementiaequae devotus, | curante \*M. Anatolium curatore.

*Trallibus Cariae, semel descripta saec. XVIII (III 445). — 1) Deesse aliquid non traditur, sed manifestum est; cum autem mox Occidentis solum partes nominentur, quae ad Constantium pervenerunt victis demum Magnentio et Vetranione, probabiliter coniecit Mommsen periisse vocabulum subiuganti vel simile quid. — 2) Magnus vicarius Asiae fuit a. 354 (cod. Theod. 8, 3, 6).*

**734** orbem terrae | Romano nomi|ni subiuganti | domino nostro | Fl. Constantio | pio felici semper | Aug. Aug.<sup>1</sup>, | Annius Antio|chus v. p. corr. | [Ap]ul. et Cal.<sup>2</sup>, sem|[per devot]us.

*Aeclani rep., est Neapoli (IX 1117). — 1) Alterum Aug. abundat. — 2) Vir perfectissimus corrector Apuliae et Calabriae.*

**735** Constanti virtus studium victoria nomen,  
dum recipit Gallos<sup>1</sup>, constituit Ligures,  
moenibus ipse locum dixit duxitque recenti  
fundamenta solo, iuraque parta dedit.  
Cives tecta forum portus commercia portas  
conditor extractis aedibus instituit.  
Dumque refert orbem, me primam protulit urbem  
nec renuit titulos limina nostra loqui,  
et rabidos contra fluctus gentesque nefandas  
Constanti murum nominis opposuit.